Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De prima Zodiaci Domo. Cap. I

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

in coniecturis Aſtrologicis, totidem erunt, quæ in hoc quarto libro demonſtrabunt linearum iudicia in frontibus cuiuslibet apparentium, & omni vtar breuitate maiori, quia vt diximus ſatis abundanter in lib. 3. diſſertum eſt de principijs, & naturalibus terminis totius maſſæ Methopoſcopiæ: Relictis igitur rationibus ſic incipiemus.

De prima Zodiaci Domo. Caput Primum.

DEterminatio à nobis facta in obſeruando, & contemplando primam domum, fuit tractare de vita, cum illa ſit vitæ datrix, vt iam dictum eſt, & ſic an eris breuis, an mediocris, an longa, & quia totum in linearum apparentia diſpici debet, ipſe non ſolùm, ſed punctorum ſituationes ſunt conſiderandæ. Vndè ad maiorem claritatem, & faciliorem intelligentiam ſubſequens figuras ſignauimus, earum puncta minutim deſcribendo; vt noſtrarum obſeruationum veritatem dignoſcatur; ſic ergo erit exordium.